

I V L I I C L A R I A L E X A N D R I N I I . C . L O N G E C L A R I S S I M I . E T P H I L I P P I I I . H I S P A N I A R V M R E G I S S u p r e m i C o n s i l i a r i j , a c R e g e n t i s d i g n i s s i m i .

Ex Libro Quarto Sententiarum Receptarum.

§. DONATIO.

CAPITA QVÆSTIONVM.

- Donatio vnde dicta sit, & an sit contractus nominatus. Quæst. 1.
- Donatio conditionalis, an sit proprie donatio. q. 2.
- Donatio remuneratoria, an sit proprie donatio. q. 3.
- Donatio causa mortis quid sit. q. 4.
- Donatio causa mortis, an potius equiparetur contractibus, quam ultimis voluntatibus.
- Filius familias, an possit donare causa mortis. q. 6.
- Vsurarius manifestus, an possit donare causa mortis. q. 7.
- Pater, an possit donare filio. q. 8.
- Donatio inter virum, & uxorem, an valeat. q. 9.
- Ornamenta, que mittuntur sponsis, an censentur donata. q. 10.
- Donatio propter nuptias, an hodie peti possit. q. 11.
- Donatio an possit fieri absenti. q. 12.

- Et quid si fiat donatio stipulanti. Quæst. 13.
- Donatio an perficiatur nudo pacto. q. 14.
- Insinuatio quid sit. q. 15.
- Donatio excedens summam quingentorum aureorum debet insinuari. q. 16.
- Et quid in donatione facta Ecclesie, &c. q. 17.
- Et quid in donatione iurata. q. 18.
- Donatio omnium bonorum, an valeat. q. 19.
- Et quid sit iurata. q. 20.
- Donatio potest ob ingratitudinem reuocari. q. 21.
- Donatio reuocatur propter superuenientiam liberorum. q. 22.
- Et quid si sit iurata. q. 23.
- Donatio inofficiosa potest per filios reuocari. q. 24.
- Donatio ob causam, & donatio causa mortis, quomodo possint reuocari. q. 25.

HÆC Donationum materia antiquis temporibus frequens erat, & quotidiana: Nunc autem, cum liberalitate prope extincta mentes hominum auaritia occuparit, non ita, vt solebat, in iudicijs, seroque versatur. Non tamen propterea omittendæ visæ sunt nonnullæ ex quæstionibus, quæ ad hunc Tractatum pertinent.

QVÆSTIO I.

S V M M A R I A .

Ex Claro.

- 1 Donatio vnde dicatur.
- 2 Donatio an sit contractus nominatus, vel innominatus.
- 3 Et an sit de sui natura contractus reuocabilis.

Ex Additionibus.

- 1 Donatio vnde sit dicta, remissive.
- 2 Et quomodo differat à munere.
- 3 Donatio an recte conuentio, vel contractus definiatur.
- 4 Omnis contractus aut est bonæ fidei, aut stricti iuris.
- 5 Pollicitatio non est conuentio.
- 6 Donatio in genere definitur.

- 7 Verbum actus late patet.
- 8 Donatio quibus modis fiat.
- 9 Res aliena donari non possunt.
- 10 Quis recte appelletur liberalis.
- 11 Nemo donare cogitur.
- 12 Inuito beneficium non datur.
- 13 Quibus casibus in inuitum conferatur beneficium, remissive.
- 14 In dubio regulariter donatio facta non presumitur.
- 15 Qui donat, perdere videtur.
- 16 Donationis duæ species: vna propria, siue vera, simplex, & absoluta: altera relata, siue non propria.
- 17 Donatio iudem alia dicitur pura, alia conditionalis.
- 18 Propria, siue simplex donatio quæ.
- 19 Huius donationis quis finis.
- 20 Relata donatio quæ, & cur ita dicatur.
- 21 Qua nota hæc donatio à simplice, seu absoluta distinguatur.
- 22 Donationis relata tria genera.

A D D I T I O N E S .

Donatio.] Item adde, quod donatio est quedam liberalitas, quæ nullo iure debetur, vt in l. donare, ff. eod. & ff. de reg. iur. Quæ ad hoc, vt valeat, quinque requiruntur. Primo, quod fiat pura, & mera liberalitate, & sic, quod donans haud sit strictus ad aliquid dandum, vel faciendum. Secundo, quod non detur ob causam. Tertio, quod sit libera, videlicet, quod donans non sit obligatus ad donandum aliquo vinculo inducente actione, vel aliquo impediendo repetitione. Quarto, quod sit absoluta, id est, sine aliqua repetitione. Quinto, quod fiat inter viuos. De his omnibus vide per Angel. de Aretin. in Rubr. Instit. eodem sub num. 1. Giach.

QVÆST. I.



Vero, vnde dicatur a donatio? Resp. Donatio dicitur a dono, quasi domi datio. Ita dicit Iurisc. in l. Senatus. §. donatio. ff. de donat. causa mortis.

Item quero, nunquid donatio sit contractus nominatus, vel innominatus? Resp. in l. in

Donatio dicitur a dono.] De hac donationis etymologia videndi sunt Fuluius Constantinus ad rubric. tit. Instit. de donat. num. 1. Petrus Nicol. Mozz. in tract. de donationibus, in princ. num. 2. Didacus Couarr. in rubric. de testament. part. 1. num. 2. versic. potest etiam non incongrue, &c. Dn. Collega Boccer. in Commentar. de donationib. cap. 1. num. 1. edit. 2. & D. Obrechus disput. 17. siue in economia donationis disput. 1. th. 5. & seqq. Differt autem donatio à munere: quod hoc proprie ex aliqua causa fiat: illa vero sine causa à mera liberalitate proficitur. Inter donum, 194. ibique Gæddæus num. 2. ff. de donationib. Mozz. in d. princ. num. 3. late Francisc. Connan. lib. 5. Comment. iur. ciu. cap. 9. num. 2. Harpre.

Nominatus, vel innominatus.] Adde atque plenius vide per Hippol. Rimin. Instit. eod. in rubr. num. 43. vsque ad nu. 52. vbi reuult omnes opin. Doct. Giach.

Nunquid donatio sit contractus.] Quod donatio neque conuentio recte definiatur, neque contractus, firmis rationibus ostendit D. Boccer. dict. cap. 1. numer. 4. & seqq. Ac si sane quod contractus non sit, vel inde clarescit, quod omnis contractus aut est bonæ fidei, aut stricti iuris, §. actionum, 28. Institut. de actionib. Sed donatio non est contractus bonæ fidei, l. eum, qui 22. ff. de donat. nec etiam stricti iuris, l. interdictum, 14. ff. de præcat. vbi Paulus donationes à negotio contracto separat. Duaren. ad l. iuris gentium, 7. in verb. & ceteri similes contractus, ff. de pact. Rober. disput. ad Instit. 10. th. 1. litter. C. And. Gerhard. decad. 6. quæstio. 7. Vvger. disput. 6. ad Instit. th. 6. litter. A. Stuck. part. 1. Exercit. disput. 6. ad Instit. 4. ad litter. B. Anton. Faber. part. 2. de errorib. pragmat. decad. 45. error. 8. Donationem porro minus recte conuentionem definiunt, hæc euincit ratio: quia donatio interdum etiam fit sola pollicitatione, l. hoc iure, 19. in princip. ff. de donationib. l. si quis donauerit, 5. C. de sacrosanct. Eccles. Cuiac. lib. 12. obseruat. 28. Pollicitatio autem conuentio non est, l. 3. in princip. ff. de pollicitat.

Ceterum donatio in genera non incommode hoc modo defini posse mihi videtur: Donatio est actus, quo res propria, ex liberalitate à volente proficitur, & in uolentem conferitur. Generis loco ponitur actus, cum Contio lib. 1. disputat. iur. ciu. cap. 12. Obrechio disput. 1. de donat. th. 9. & 10. D. Bocero class. 2. disputat. 19. th. 3. edit. 2. & dict. commentar. de donat. capit. 1. numer. 2. & S. in delib. iur. disputat. 8. th. 25. Quia verbum illud generale est, lateque patet, & omnia, quæ quouis modo aguntur, comprehendit, leg. obligationem, 3. §. 1. in fin. ff. de obligat. & act. l. Labeo 19. ff. de verb. signific. l. hæredes palam 21. in fin. ff. qui testam. fac. possunt, l. duos, 6. in fin. ff. de duob. reis, l. stipulatio ista, 38. §. in stipulationib. 18. & l. cum, qui 41. in princip. ff. de verb. oblig. l. non omnis, 19. in princip. ff. de negot. gest. l. obseruare, 4. §. recte enim, ff. de offic. præfect. uigil. l. ultim. in princip. ff. communia prædior. l. actus, 77. ff. de regul. iur. l. actus, 8. C.

& de ferijs. Et propterea omnem quoque donationem comprehenditur; siue fiat traditione d. l. 3. §. 1. ff. de obligat. & act. l. 1. C. de donationib. siue nuda conuentione, vel pacto, l. in adibus, 6. in princ. ff. de donat. §. alia; 2. vers. perficiuntur, Instit. eod. l. si quis argentum, 35. §. sed si quidem, C. de donat. siue

pollicitatione, d. l. hoc iure, 19. in princ. ff. eod. tit. siue acceptatione, l. mortis, 31. §. Iuliano placet, ff. de mortis caus. donat. Dicitur in definitione: quo res propria, argumento l. si filius, 14. l. si auiam, 19. C. de donationib. l. 1. C. de bon. matern. Res si quidem aliena donari nequeunt: quia non sunt in patrimonio donantis, & quia non possunt eius fieri, cui donantur, dict. l. in adibus, 9. in fin. ff. de donat. l. nemo plus, 54. ff. de regul. iur. Nec si liberalis recte appellatur, qui de alieno est liberalis: sed ille, qui quod alteri donat, sibi detrahit, teste Seneca lib. 1. de clement. 1. Dicitur, ex liberalitate, à volente. Nemo quippe donare cogitur, l. donari 29. ff. de donat. & l. donari, 82. ff. de reg. iur. Dicitur, in uolentem. Nam nolenti liberalitas acquiri non potest, 12. dict. l. hoc iure, 19. §. non potest, ff. de donationib. Siquidem inuito beneficium non datur, l. inuito, 69. ff. de reg. iur. Enimvero non desunt casus, quibus etiam in inuitum conferitur beneficium, leg. si pro me, 40. l. soluere, 53. l. si debitor, 91. ff. de solutionib. l. si Stichum, 8. §. ult. ff. de nouationib. l. soluendo, 39. ff. de negot. gest. l. vtrum præsentem, 27. ff. de constit. pecun. Dicitur denique conferitur. Quo verbo præsentis temporis distinguitur donatio à pacto futuræ donationis: quod Iustinianus Imp. non confirmauit, Donell. lib. 13. Commentar. de iur. ciu. cap. vltim. in fine.

Illud hic addendum, quod in dubio regulariter donatio facta non presumatur, argum. l. cum de indebito, 25. in princ. uers. qui enim soluit, ff. de probationib. cap. super hoc, 5. uers. sic tuæ experientia, &c. de renunciatione, & cap. quia uerisimile, 10. extrauag. de præsumptionib. cum is, qui donat, perdere uideatur, l. si filius familias, 7. in princ. ff. de donationib. Et non præsumi donationem longo stylo persequuntur Iacobus Menochius lib. 2. de arbitrar. iud. cent. 1. quæst. 88. num. 1. cum seqq. Iosephus Mascardus de probat. uol. 1. conf. 554. num. 1. & seqq. Hartmannus Pistoris lib. 3. quæst. 3. nu. 56. Iacob. Schultes ad Modestum. Pistor. quæst. 130. nu. 39. part. 3. Ioannes Borcholt. conf. 111. pagin. 144. & seqq. hosque referens D. Bocerus dict. Commentar. de donationib. cap. 1. num. 18. & sequentibus ubi certis quibusdam casibus præsumi donationem, accurate ostendit.

Illud quoque hoc loco subiiciendum: quod donatio siue perhibeantur species: una propria, leg. 1. ff. de donationib. deuz simplex, l. si filia, 20. §. si pater, ff. famil. ercisc. l. illud 20. §. 1. C. de collat. (quæ etiam uera, absoluta, communitis, directa, & mera donatio nuncupatur, l. senatus, 35. §. 2. ff. de mortis caus. donationib. l. Aquilius, 27. ff. de donationib. l. donatio, 25. & l. fancimus, 34. in princip. C. eod.) altera relata, quam & non propriam appellant, dict. l. 1. ff. de donationibus. S. in delib. iur. dict. disputat. 8. th. 26. D. Boccer. dict. class. 2. disputat. 19. th. 12. & dict. Comment. de donat. cap. 2. Ceterum si cum interdum pure, & simpliciter sine vlla adiectione res aliquid detur, interdum cum aliqua conditione: inde est, quod donatio vna dicitur pura, alia conditionalis, quod latius explicat Vulteius ad princip. Instit. de donat. num. 4. Et vide Mozzium dict. tract. de donationibus, sub tit. diuisio donationis refidet num. 3.

Simplex siue propria donatio est, quam quis ex mera liberalitate, & munificencia in aliquem confert, d. l. 1. dict. l. hoc iure, 19. §. 2. & §. fin. l. donari, 29. ff. de donationib. & leg. donari, 82. ff. de regul. iur. l. si quis argentum, 35. §. sed si quidem uersic. cum enim in arbitrio, C. de donationibus. Est quippe

summus, seu principalis istius donationis finis, liberalitas, & munificentia. Idcirco enim donator alteri donat aliquid, vt liberalitatem, & munificentiam suam erga alterum cum laude exerceat, dicit. l. 1. in princip. ff. de donat. l. munus proprie, 214. ff. de verbor. signific. Hocque facit, vbi considerat, quid, cui, qualiter, quando, vbi, & quare sit dandum, auctore Seneca lib. 1. de benefic. Itaque haec donatio expers est alieni finis, aut repositis antidotum: sed sicut liberalitas se ipsa est contenta, nec aliud spectat, quam alteri benefacere: ita etiam haec donatio, quae ob solam liberalitatem, & munificentiam exercetur, D. Obrecht. d. de economia donationis, disput. 3. th. 3. & seqq.

20 Non propria, siue relata donatio dicitur, quae res aliqua non ex mera liberalitate, sed sub causa, in alterum donandi animo confertur. Relata nominatur: quia non simpliciter, absolute & directe fit propter solam liberalitatem, & munificentiam: sed in ea ad causam aliquam relatio, & respectus habentur. Ceterum ista verba, sub causa, sunt specifica relatae donationis differentia; quoniam eam a simplice, & absoluta donatione distinguunt. Nam simplex donatio sola liberalitate, &

d *nominatus; a & hanc opin. tenet Bart. vbiq. quam dicit esse communem. Alexan. in l. iurisgentium, in princ. num. 6. ff. de pact. ias. in dict. leg. iurisgentium, in princ. nu. 8. & in l. fin. num. 13. ff. de cond. causa data. Gomef. in d. s. in personam, post numer. 40. Instit. de actio. Habet enim speciale, & elegans nomen: merito debet inter contractus nominatos connumerari, iuxta ea quae dixi supra hoc eod. lib. §. 1.*

Et ex hac conclusione inferitur, quod sicut ceteri contractus nominati non possunt per

munificentia constat. At liberalitas nulla causa opus habet: quia causa liberalitatem, & beneficentiam excludit. Etenim qui sub causa donat, is plerumque fecerit: non simpliciter benefacit: & non tam dat, quam accipit beneficium. D. Obrecht. disput. 4. 22. de mort. caus. donat. thes. 7. & seqq. Huiusque relatae donationis tria censentur genera: donatio mortis causa, de qua infra quaest. 4. donatio respectu nuptiarum facta, de qua infra quaest. 11. & donatio remuneratoria, de qua infra quaest. 3. Harpre. d. Et hanc opin.] In contrariam partem inclinant Fulg. & Roma. in dict. l. iurisgentium, asserentes ibi donationem semper fuisse contractum innominatum. Gomean. e Communem.] Item commune, per Galiaul. in rubr. ff. de verb. oblig. nu. 26. quem do. Riminal. vbi supra retulit. Giach. f. Elegans nomen.] Isto

fundamento vsus fuit Rim. Praeceptor meus, vbi supra vna cum multis alijs, quae vide apud eundem. Giach. g Per penitentiam reuocari.] Idem quod in contractibus nominatis non sit locus penitentiae: communem vide per Olfac. in decis. 98. num. 7. & in collect. mea commun. opin. verb. contractus, num. 48. Giach.

QVÆSTIO II. SVMMARIA.

Ex Claro.

- 1 Donatio conditionalis an sit proprie donatio.
 - 2 Donatio reciproca an sit proprie donatio.
- Ex Additionibus.
- 3 An donationi simplici, siue proprie conditio adijci possit.

ADDITIONES.

a **A**N donatio conditionalis sit proprie donatio.] Conditio nemque donationi simplici, seu proprie adijci posse, communis veraque opinio est, vt praeter Clarum nostrum testantur Bart. Castrenf. Cuman. & alij in l. 2. §. si pecuniam, 5. per illum textum, ff. de donationib. vbi donari potest pecunia sub ea conditione, si Scijs Consul factus fuerit. Haec conditio tantum suspendit donationem: quia donatio non prius locum habet, quam conditio adiecta sit impleta. Non autem facit eam relata, vel ob causam: quia tantum donatarij, & nullam donatoris utilitatem respicit. Imò vbi conditio extitit, perinde est, ac si nunquam apposita fuisset, l. vltim. §. 1. verfic. sed si sub conditione, ff. de vulg. & pupill. substituit. D. Obrecht. in economia donationis, disput. 2. th. 44. & seqq.

2 Ceterum donatori non licere perfectam iam donationem, siue ex interuallo, siue incontinenti, adijcere aliquam conditionem, inuito donatario, pulchre contra alios defendit Anto-

QVÆST. II.



*V*ero, an donatio conditionalis sit proprie donatio? Respon. Glos. in l. 1. in princip. in verbo, scutum. ff. de donat. tenuit, quod dicitur proprie donatio: & illam glos. dicit esse communiter approba-

nius Faber part. 2. de errorib. pragmat. decad. 48. error. 5. per l. perfecta, 4. C. de donationib. quae sub modo, & c. l. 3. 4. 5. 6. & passim, C. de reuocand. donationib. Modus quoque si est gratuitus, non mutat simplicem donationem: veluti si quis donat alteri, vt villam, domum, velequum emat, vel vt uxorem ducat: His enim casibus respectu donatoris mere liberalis, gratuita & simplex est, & manet donatio: quoniam nihil donatori acquiritur, vt post Bertrand. & alios docet D. Obrecht. dict. disputat. 2. th. 47. & seqq. Harpr.

b Reciproca.] Non dicitur si hodie dono tibi, & tu post annum mihi donas, vide per Tiraquell. vbi infra, Adde hic quod quando fit, debet esse par conditio vtriusque, non dispar, per Tiraquell. in repet. l. si vnquam, C. de reuocand. dona. fol. 172. & quando vna superat alteram, an in eo, quod superat, censetur pura donatio, per eund. fol. 169. Giach. Nunquid donatio reciproca, siue vicissitudinaria dicatur proprie donatio.] Hoc loco addendum, quod reciproca, siue mutua, & vicissitudinaria donatio sit, quae ita perficitur, vt eodem

LIBER IV. §. DONATIO. Quaest. III.

eodem contextu, & vestigio eodem, alter ab altero, atque ad eum vterque aliquid coesum capiat: veluti, si donem tibi fundum, & tu mihi voce mutua eodem contextu dones domum. Vnde isthaec donatio censetur potius quaedam permutatio, quam donatio, iuxta gloss. in l. quod autem, 7. §. si vir, & vxor. 2. ff. de donat. inter virum, & vxorem. Alberic. & Iacob. in l. si donata, 36. in fine, ff. eod. Tiraquell. in l. si vnquam, 8. in verbo, donatione largitus, num. 110. C. de reuocandis donationibus.

6 Quod si diuersis temporibus alter alteri quid donet: vt si hodie ego tibi quid donem, & tu vicissim post annum, aut aliud tempus longum, mihi dones aliquid; nou illa donatio mutua, siue reciproca, sed vtraque simplex donatio putatur, l. cum hic status, 32. §. si ambo, 14. verfic. proinde rectissime dicitur, & l. qui iam nuper, 48. ff. de donation. inter virum, &

vxorem, late Tiraquell. in dicta l. si vnquam, 8. in verbo, donatione largitus, numero 116. C. de reuocand. donat. huncque referens D. Bocer. in Commentar. de donationibus, cap. 12. nu. 6. edit. 2. Harpre. c Quod non indiget insinuatione.] Quod reciproca ista donatio, licet quingentos excedat solidos, insinuationem non desideret, vltra Clarum hic nostrum, tenent Oleradus, conf. 139. Decius conf. 202. colu. 4. Guido Papae singul. 400. Tiraquell. dicto verb. donatione largitus, numero 110. & 127. hosque laudans Bocer. dict. cap. 12. num. 12. Quibus addatur Andr. Gail. libro 2. obseru. 40. numero octauo, & Petrus Nicolaus Mozz. in tractat. de donationibus, titul. de substantialibus, seu quae requirantur in donation. num. 15. vbi plures allegat. Harpr.

QVÆSTIO III. SVMMARIA.

Ex Claro.

- 1 Donatio remuneratoria, an sit proprie donatio.
- 2 Et an valeat, etiamsi de meritis alteri quam per assertionem donantis non appareat.
- 3 Et an adhuc vt talis donatio valeat, requiratur, quod merita aequiualeant donationi.
- 4 Et quomodo dicantur merita aequiualeant donationi.

Ex Additionibus.

- 1 Donatio remuneratoria, quae sit.
- 2 Nunquid donatio remuneratoria proprie sit donatio.
- 3 Omnis donatio merita donatarij praesupponit.
- 4 Et quid donatio remuneratoria indigeat insinuatione.
- 5 An ad hoc, vt donatio ista valeat, requiratur quod merita donationi aequiualeant.
- 6 Nobilis, & diuinit officium.
- 7 Num donatio remuneratoria ob ingratitudinem reuocari possit.
- 8 Vtrum donator remuneratorius de emittione donatario teneatur.

ADDITIONES.

a **D**onatio.] Adde, atque fusius vide per Hippol. Riminald. qui quaestionem discutit, Instit. donat. in princ. nu. 99. & eam ampliat etiam si ob merita de futuro fiat, numero 113. Et limitat quatenus excedat beneficia recepta numero 115. & declarat numer. 118. deinde ad alias tres limitationes, vsque ad nu. 122. illas apud eum vide, qui & nu. 83. dixit ad hoc, vt inducatur, ac praesumatur remuneratoria, meritum mentio fieri debet saltem generalis ab ipso donante, si haud est de personis donare prohibitis, de ipsi meritis omnino constare debet. Vide fusius per eum, ibidem numero octuagesimo quarto, & 85. Giach.

QVÆSTIO III.



*V*ero, an donatio remuneratoria, vel antidotalis sit proprie donatio? Respon. deo, quod non potest proprie dici mera donatio, vel mera liberalitas. Ita probat expressè text. in l. Aquilius, ff. de donatio. & ita magis communiter tenetur, vt dicit Soc. iun. consilio 94. num. 13. libr. 2. Hanc etiam dicit esse communem, Didac. in c. cum in officijs, post num. 10. de testa. Licet enim fiat nullo iure cogentia omnem periculi metum, in compensationem meritorum, grateque mentis declaranda causa, in alternum confertur: vt si donem quid alicui, quod me defenderit, vel a latrone, si ue hostibus eripuerit, l. si pater 34. §. primo, ff. de donationibus, vel quod me erudierit, scientiaque, & diligentia meliorem reddiderit, l. Aquilius, 27. ff. eodem titul. Et quamquam Glos. fa in l. donari, 83. ibique Decius, & Cagnolus, ff. de regul. iur. & alij nonnulli, quos refert, & sequitur Arrius Pinellus in lege prima, C. de bonis matern. par. 3. numero 60. autumant donationem, i remunerationis causa factam, esse donationem propriam, veram, & simplicem; atque probabilius, ac receptior est sententia existimantium, remuneratorem donationem esse

propriam, & simplicem donationem, sed potius quandam permutationem, vel praestati officij compensationem, dicit. l. Aquilius 27. ibi, defendi, non meram donationem esse, verum officium magistri quaedam mercede remuneratum, ff. de donatio. l. metum, 9. §. 1. verfic. consuluit, ff. quod met. caus. l. si vero, 12. in principio, ff. mand. l. et si lege, 25. §. cond. fuluit, l. 1. verfic. quamuis, ibi, velut genus quidem hoc esset permutationis, ff. de petit. haeredita. & l. hoc iure, 19. §. primo, ff. de donationibus. Tiraquell. in repet. l. si vnquam, 8. verbo, donatione largitus, nu. 11 & 12. C. de reuoc. donat. Ioseph. Ludouic. in communibus conclusionibus concl. 16. n. 355. Me noch conf. 307. nu. 4. cum seqq. libr. 4. & Rauchbar. q. 11. nu. 15. part. posteriori. Quos omnes referendo comprobatur D. Bocer. in Commentar. de donat. cap. 13. num. 2. Haec sententiam non infingit, quod omnis donatio merita donatarij praesupponat, l. nec adiecit, 9. ff. pro socio. Nam non aliter remunerationis causa facta dicitur donatio, quam si donator specialiter, & expresse dixerit: donare se, ob merita, & beneficia sibi a donatario praestita. D. Bocer. dict. cap. 13. nu. 4. vbi plura alia argumenta, quae huic assertioni refragari videntur, neruose diluit. Harpr.

b Non indiget insinuatione.] Ad idem adde, atque vide per Alban. conf. 4. nu. 27. & Reufner. conf. 13. nu. 27. vol. 3. Giach. Talis donatio non indiget insinuatione.] Quod remuneratoria non requirat insinuationem, etiamsi quingentorum solidorum quantitatem excedat, vltra Clarum nostrum, alij plerique tradunt, Accursius, Albericus, Bartholus, Imola, & ce.